



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Expedita Juris Divini, Natvralis, Et Ecclesiastici Moralis
Expositio**

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1665

Non extorta metu. parag. 2.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40132

sponsalia, sed par modo ex hac etiam causa rescindi possunt. Idem ibidem-

7. Quarto. Quando error, vel dolus in iisdem qualitatibus intercessit, sed non inde inductus est sponsus, vel sponsa ad contrahendum (qui error apud Theologos, & Juristas dicitur comitans) valida sunt sponsalia; quia non sunt contracta ex vi illius erroris, vel dolis.

8. Quid si dubitat, An verè contrahit ob qualitates, circa quas fuit error, vel dolus?

Respondeo, si ex qualitate erant tam graves, ut sufficeret ad sponsalia dissolvenda, de quibus quidem qualitatibus hic loquimur, non debet se tenere obligatum ad sponsalia, quia nisi ipsi clare constet, se verè, etiam cum illa cognitione, sponsalia iniure voluisse, potest, se tenere, tanquam inductum ad illa ex eo errore, vel dolo.

9. Quæres. Si in aliquibus ex dictis casibus sponsalia valida sic contracta, poslunt facilè rescindi (id quod, ut Doctores notant, non solum ministerio Judicis, verum etiam ab ipsa parte errante, vel decepta, fieri per meam suam voluntatem potest, quæ scilicet jure suo resiliat à sponsalibus sic initis) si, inquam, tam facilè rescindi poslunt, quid interest, quoad proxim scire, an sponsalia sint valida, nec ne?

10. Respondeo, multum sanè interesse, nam, si ipso jure sunt valida, quamvis statim rescindenda, pariant impedimentum publicè honestatis, id est, una pars non potest contrahere Matrimonium cum consanguineis in primo gradu conjunctis cum alia parte, juxta Decretum Tridentini, quod impedimentum non pariunt; si sint invalida. Idem dic de jure aë amplectus, & oscula, donec rescindantur, quæ duo in simili ianui etiam supra. ⁴

^a Supra
c. I. §. 2.
¶. 3.

§. II.

Non extorta metu.

1. **M**etus potest esse Primo, vel iniuste incusus ad extorquenda sponsalia, vel justè. Secundo, vel gravis, quæ dicitur cadens in constantem virum, vel levis. Tertio, potest incuti, vel ad extorquenda, ut dictum est, sponsalia, vel ad aliquid aliud ut

si inimicus mortem alicui minaretur, & is ex se, & liberè eligeret iniure sponsalia cum inimici sorore, ut mortem sic effugeret. Quarto, vel incusus ab extrinseca causa libera v. g. à Parente, à Judice, ab Inimico, Vel ab extrinseca causa necessaria v. g. ab infirmitate, tempestate apprehensione infirmi, unde quis moveatur ad sponsandam v. g. suam concubinam. Nota autem metum illum, qui causatur à prædicta causa extrinseca necessaria, vere esse, & dici metum ab intrinseco, vere enim is, qui movet te ad Matrimonium promittendum, est tuus timor conceptus ex infirmitate, naufragio, gehenna.

Has metum Classes distinctè explicui, Lib. I. in Decal. c. 2. §. 5.

Metus gravis iniuste incusus, quomodo sponsalia irriter?

2. Hic, sive à parte, sive ab aliis incusus ad extorquenda sponsalia, reddunt ipsa, non solum Jure b Ecclesiastico, sed etiam Jure naturæ nulla; Ita sustinui loco cit. & rationem satis efficacem (ut mihi videretur) atque, loquendo ibi de omni contractu afferente obligationem Justitiae, & loquendo de Matrimonio: at certè eadem estratio, nunc de sponsalibus. Videatur locus, & ne actum agete Decal. c. 2. §. 7.

3. Quod autem saltem ex Jure Ecclesiastico sint nulla prædicta meticulosa sponsalia, est communior opinio apud d Sanchez, id. num. 3. que, etiam si essent juramento firmata, ita, e Idem ut non sit opus relaxatione juramenti, ad ea d. 11. n. 3. non servanda, ut idem docet, & quem sequitur Diana, f & Aversa g alios citans. 3. rr. 4. 10. 278.

Metus gravis justè incusus.

4. Hic incusus ad extorquenda sponsalia, Afferent ut si v. g. Judex tibi dicat, qui homicidium dum. commisisti, Nisi despondeas Bertam, te iustè h A. 1. ad triv. mos, vel ad mortem, propter homicid. sec. A. V. d. 11. n. 3. dium commissum condemnabo, non reddi: h Et hoc sponsalia nulla. Sicuti, nec per similem me. i Lib. 1. n. 3. nullum reddi Matrimonium, nos loco Decal. c. 2. i citato diximus, & dicemus infra k suo lo. 5. 7. n. 3. co, militat enim eadem ratio ibidem dicta; Et k Infran. quamvis Bonacina ibidem à me citatus do. 4. de cm. ceat, metu hoc justo, invalidum reddi matrimoniū, §. 2. sensu. 6.

monium, ob perfectam libertatem, quam Matrimonium, quod est ex se indissolubile, requirit, tamen idem dicere nequaquam poterit de sponsalibus, quia ex se indissolubilia non sunt, sed rescindi, ex supervenientibus causis possunt.

Metus levis, sive iustè, sive injustè incusus.

5. Hic non reddit irrita sponsalia: Ita aliqui apud Aversam; a & nos item loco citato §. 6. Idem Iustininius de Matrimonio, eadem autem est ratio de sponsalibus. Monui tamen ibidem, saltem propter auctoritatem extrinsecam, esse probabile, quod sponsalia metu levi exorta sint valida, sed irritanda, etiam propria auctoritate; cum b Sanc. l. 4 enim (ut Sanchez b) altera pars in conscientia teneatur relaxare fidem hoc metu extortam, poterit ipse metu patiens pari modo in conscientia resumere fidem a se datam; idque, etiam si sponsalia juramento firmata fuerint, modo tamen Absolutionem jura menti obtinuerit, ut idem notat. c In f. d. 2. l. 8. 4. ro externo non dari actionem huic patienti metum levem, sive justum, sive injustum, ibidem monui.

Metus injustus non incusus ad extorquendā sponsalia, sed ad aliud.

6. Hic non irritat sponsalia, neque ex solo hoc capite, nisi alia rationabilis superveniat causa, irritari possunt. Ita colligitur d Sanc. l. 4 ex iis, quae habet Sanchez. d & ex iis, quae mor. d. 12. nos loco cit. §. 5. n. 12. diximus, dum docuimus matrimonium hoc modo celebratum esse validum, quia non ex vi metu; sed ex propria voluntate in illa occasione metus, eligit Matrimonium, quare sponsalia inita ex metu illo mortis ab inimico incusso ob alium finem, quem num. 1. tertio loco explicui, validam sunt.

Metus quicunque, sive gravis, sive levis incusus à causa extrinseca non libera.

7. Hic pari modo non irritat sponsalia; unde sponsalia, quae num. 1. exempli causa atultimo contracta ex metu naufragii, &c. valida sunt. Ratio est, quia tunc homo à se

Tamburinus de Sacramentis.

ipso, non ab alio impulsus, eligit, tanquam medium sui boni, illa sponsalia. Lege Sanc. e c Sanc. l. 4 & nos idem dicemus de Matrimonio infra c. mat. d. 11, num. 3.

Obligatio incutientis metum.

8. Inquires. Cum certum sit, illam partem, quae metum gravem injustum passa est, posse licet resiliere a sponsalibus, quid dicendum de ea parte v. g. de Sponso; qui metum injuste incusit, seu, quo sciente, incusus est ab alio metus, ultra peccatum mortale, quia est inuria in re gravi, obligatur ne stare sponsalibus, si forte sponsa, quae metum passa est, velit Matrimonium contrahere?

9. Respondeo. Certum est Primo, non obligari ad Nuptias contrahendas ex vi justitiae sponsalium, quia, jam dictum est, haec sponsalia irrita esse.

10. Certum est Secundo, obligari ad resarcendum omnia damna fortè inde consequita sponsæ, multo magis, si adfuit violatio, de qua re distincte f alibi locutus sum.

11. Superest ergo quæstio, An obligetur ad Nuptias, saltem ex vi fidelitatis, seu ex vi præmissionis

f Lib. 7. in
Decal. c. 5.
§. 3. à nu.
præsent. 4. §

12. Respondeo. Obligari, nisi aliquid superveniat, quod ab obligatione excusat, docet Aversa, g sicuti idem Aversa h docue- g Av. q. 3. r, in Matrimonio meticulous inito, eum, de ma. sec. qui metum injuste incusit, obligari ad ite- 4. V. Dum rum contrahendum valide Matrimonium, si vero, altera pars Matrimonium ratificari expositu- h Idem c. let.

13. Sed non obligari, colligitur ex Ca- Etsque. stiapalao, i & ex Sanc. k quatenus hi pro- i Cas. d. 2. babilius reputant, incutientem metum ad ipsi- de sponsa. sum Matrimonium extorquendum, non o- pu. 12. n. 2. bligari in foro conscientiae, donec per Judi- k Sanc. l. 4. cem condemnetur, ad illud ratificandum, mat. d. 15. etiam si altera pars metum passa ratificatum num. 5. velit: Nam ex hoc colligitur, quod multo probabilius idem reputabant in sponsalibus, propter paritatem, immo majoritatem rationis. Ratio præcipua hujus doctrina est; quia in contractu onetolo, cum ex sua natura ipse sit ex utraque parte obligatorius, certe, ut servetur æqualitas, aut utraque pars obligata remanere debet, aut neutra. Cum igitur certum sit, in casibus positis, partem, quae metum passa est non

Bbb rema-

remanere obligatam, nec remanebit alia. Mon-
eo tamen præ oculis semper habendum,
quod diximus num. 10. & in Decalogoloco
ibidem citato.

14. Quod diximus de incutiente metum,
a Sanc. l.1. dic a de recipiente, idemque dic de fœtè con-
mat. d.11. sentiente cum eadem monitione nu. 10. Ad-
num. 5. de tamen, neutrum obligari ad aliquid, si mu-
tua fuit, & æqualis deceptio, vel fictio; quia
in injuriis datur compensatio, & deceptio
b Sanc. l.1. deceptio eliditur. Lege Sanc. b Layman. c
mar. d.10 & Boffium. d
præfertim
num. II. Ad animadversio pro metu justè incusso
c Laym. li. à lego.
f. tr. 10. p.

15. Denique adverte sponsalia inita ex
d Boff. de metu justè incusso per legem, ut si Judex
mat. c.2. sic dicat. Si non despondeas Beriam (quam quia
n. 62. violasti, debes ex lege, & ex obligatione uxorem
ducere) te in tritemestrudam; adverte, inquam,
sponsalia hæc, & valida esse, & rescindi non
posse, quia ex nulla parte injuriam continent,
ut ex dictis, & ex primo libro in Decal. loco
cit. colliguntur.

§. III.

Signo certo expressa.

1. Quæcumque verba, signa, scriptura,
c Sanc. l.1. nutus, quibus Sponsus, & Sponsa de-
terminata personæ significant promissionem
reciprocam de futuris Nuptiis, sufficiunt ad
constituenta sponsalia, sive ea signa ejusmodi
sunt ex propria significacione, sive ex con-
suetudine, sive ex propria voluntate spon-
dentium, sive quoque alio modo, dum
modo, ut dixi, Sponsus, & Sponsa inter se sig-
nificant, intelligantque promissionem; Cum
enim sponsalia sunt merus contractus civilis,
sunt ea verba, vel signa, quæ internum
consentum, sequi obligandi intentionem
sufficienter exprimant. Merito igitur San-
chez et alii, apud Indos illa verba: Ego te
mat. d.18. ducam, respondentie alio. Forte ego te ducam,
num. 2. & illa verba apud Indos, Sepeliam te, quando
morieris. Merito, inquam, alii, parere vera
sponsalia; nam quanvis ex se hæc non sunt
determinata promissio, ramen ex usu illius re-
gionis, animus spondendi Matrimonium ex-
plieatur.

2. Idem dic, si post tractatum de sponsali-
bus addant Sponsi. Placet: vel quid simile,
nam tunc ex circumstantiis, satis predictus
animus exprimitur.

3. Pari modo, f si Sponsus v. g. dicit ver- f San-
ba certo significantia promissionem, & Spon- n. 5.
sa respondeat. Consentio. Volo, vel quid simile;
qua verba sequentia intelliguntur ad
fensem præcedentium; nisi clarè contrarium
explicetur.

4. Dixi autem nu. 1. (determinata perso-
nae.) Nam sponsa non constituentur, si
personæ sint indeterminatae, ut si quis ita di-
cat. Accipio in Sponjam means unam ex his
tribus filiabus tuis: quia s sic, incerta est pro-
missio, cum nesciatur, in quam ex filiis tem-
neatur.

5. Ex dictis ergo, si constet affuisse inten-
tionem spondendi, & Sponsus, ac Sponsa
per illa signa, vel verba, quamvis ex se non
sufficienter explicativa, satis promissionem
mutuam cognoverint, vera enscentur sponsa-
lia, veramque in foro conscientia obliga-
tionem inducent.

6. In foro autem externo Judex, cui in-
tentio spondentium interna constare non
potest, debebit pronunciare juxta verba,
vel signa externa. Quare, si ea mutuam
promissionem significant, vel ex se, vel ex
circumstantiis, vel ex consuetudine loci,
pronunciabit valida sponsalia: si non signi-
ficent, pronunciabit invalida: Si vero
dubia est significatio, puto, debere à Judice
ferri sententiam pro validitate sponsalium
quia in causa Matrimonii judicandum
semper à Judice est in ejus favorem, ut do-
cet cum communi Sanchez, g quicunque ex g Sanc-
tia, quando dubium oritur ex impedimen-
to potentiae. At causa sponsalium causa
Matrimonii est. Quid in foro conscientia,
sit in dubio dati consensus in matrimonium,
sentiendum, means sententiam h alibi pro h Lib. 1.
posui.

7. Jam vero his in universum dictis, ipsa 6.7.
verba, vel signa certò, vel dubiè signifi- v. Mec. 1.
cantia, hic claritatis gratia in suas Clas- hoc in ob-
ses distributas subscriba- tio 1. lib.
mus. ejaedam
Dicitur
Verba,